nem, et Lucanos, qui venerunt ad devastandum rapidam, et pontem Here.

~~Eodem anno~~, Ianuenses occulte cum ~~octo~~ VII galeis, et manganis iverunt Planusiam, et obsederunt, quod se eis reddidit XVI kal. Octobris castrum ~~usque~~ ad fundamenta destruxerunt. Eodem anno Pisani citissime in auxilium comitis Ildini miserunt contra Christianum Cancellarium CL milites cum sagittariis, unde Pisani magnam laudem habuerunt.

Eodem anno Pisani cum una galea et bussis roccham Corvarie obsessam a Lucanis cum hedificatoribus succurrerunt, et sic eam viriliter tenuerunt, unde Lucani magnum dolorem habuerunt.

A.D.M.CLXXIIII in consulatu Roberti quondam Petri Pagani, et Gaitani quondam Burgundionis, et sociorum II idus Julii jam facti consules miserunt Topercum Dodonis virum probum legatum in una galea ad regem Majorice pro faciendo pacem cum eo. Rex vero, quia hanc legationem desiderabat, honorifice eum cum suis recepit,

a) ponte V.
f) Anno Domini MCLXXIII. V. Eodem anno B.
b) quod (quo) V; quo B
c) reddita V B. 16. kal. Octobr. B.
d) et c. usque ad B.
e) Ildini V.
roccam B
e) obsessam V.
h) edificatoribus V. aedificationibus surrexerunt B.
Roberti B
facti B
f) Topertum V. Topertum T B
g) pace V.S   h) qui B